



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 35. Acclamations Diei 16. Julii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. A.C. 518. nantur. Primi sunt Theophilus Hera-  
cleensis, & Theodorus Gangrensis. Ana-  
thematizatus est in hæc verba: *Omnes  
sciunt, errasse Severum, cum se ab hac sancta  
Ecclesia separavit. Nos igitur secundum  
Doctrinam Canonum, & Patrum, propter  
ejus Blasphemias ipsum tanquam alie-  
num, & damnatum æstimamus, & ana-  
thematizamus.*

## §. XXXV.

*Acclamationes diei 16. Julii.*

Sequente die Lunæ 16. Julii Festum Pa-  
trum Calcedonensium celebratum.  
Patriarcha ingressus cum haud procul a  
Cathedra esset, omnis populus exclama-  
*Sup. 5. II.* re: *plurimos annos Imperatori! reddite  
Ecclesie Reliquias Macedonii. Scilicet  
ultimi Patriarchæ hujus nominis in Exi-  
lio mortui. Reddite Ecclesie viros, qui  
Fidei causa exulant. Effodiantur ossa Ne-  
storianorum! extrahantur ossa Eutychia-  
norum. Quis est Nestorius? non novi  
hominem, Anathema ipsi, & Eutychi! eji-  
cite Manichæos, ejicite ambos Stephanos!  
Macedonii Reliquias afferte! Macedonii  
Nomen restitue! obsecramus te, vota no-  
stra ad Imperatorem defer! ejicite Aman-  
tium, Palatii Cæsarei probrum! Euphe-  
mium, & Macedonium Ecclesie redde!  
Epistolas Synodales Romam mitte. Eu-  
phemii, & Macedonii Nomina restitue.*  
Fac,

*Fac, plenum sit hujus Festi gaudium! pro-* Sæculum VI.  
*cul hinc ejice falsos contra Macedonium* A.C. 518.  
*testes! Quatuor Concilia Diptychis in-*  
*serere, Leonem quoque Episcopum Roma-* p. 183.  
*num (\*) insere. Jube Diptycha in sug-*  
*gestum affervi.*

Patriarcha respondit: *Heri votis ve-*  
*stris satisfacimus, sed & hodie satisfacie-*  
*mus. Præprimis fundamentum inconcus-*  
*sum ponamus Fidem; id ad reconciliandas*  
*Ecclesias utilissimum erit. Ergo omnes*  
*uno ore Sanctam, & Consubstantialem*  
*Trinitatem laudemus! verum populus*  
*iterum clamare: quod petimus, statim*  
*fiat! nemo hinc exhibit. Adjuro te! fo-*  
*res claudio. Amantius Manichæus non ul-*  
*terius tibi timendus. Justinus regnat,* p. 186.  
*cur Amantium timeas? Sæpius eadem*  
*acclamantibus responsum: Scitis, semper*  
*nobis fuisse desiderium, ut vestræ volunta-*  
*ti fiat satis. Ut vero secundum Canones*  
*agamus, permittite, ut convocemus Episco-*  
*pos, & Mandata Imperatoris accipiamus,*  
*nam omnia vota vestra Principi referre-*  
*mus. Populus portas Ecclesiæ clausit,*  
*tunc-*

(\*) Hic rursus advertat veritatis amans Le-  
 ctor, an Interpres Protestans veritatem scripse-  
 rit, dum scripsit, Schisma Constantinopolitanum  
 ætate S. Chrysofomi exortum nunquam amplius  
 fuisse sublatum.

**S**æculum VI. tuncque recruduit tumultus. Itaque  
A. C. 518. Patriarcha, Diptychis proferri iussis, qua-  
 tuor Concilia Nicenum, Constantinopo-  
 litanum, Ephesinum, & Calcedonenſe,  
 item Euphemii & Macedonii Patriarcha-  
 rum Constantinopolitanorum Nomina,  
 atque S. Leonis Papæ inferuit. Tunc ve-  
 ro Populus unanimi clamore: *Benedictus*  
*Dominus Deus Israel, quia visitavit, &*  
*fecit Redemptionem plebis suæ!* diu hunc  
 cantum alternantibus Choris continua-  
 runt. Deinde in suggestum ascenderunt  
 Cantores, qui Trifagion voce præve-  
 runt, subsistente Imperatore, ut auscul-  
 taret, nam secundum Ritus Liturgiæ  
 Græcæ illud ab initio Missæ ante Episto-  
 lam decantatur. Prælecto Evangelio,  
 Missa Catechumenorum finita, portis  
 clausis pro more Symbolum recitatum.  
 Cum jam Diptycha essent legenda, po-  
 pulus Altari circumfusus summo silentio  
 auscultabat, utque Diaconus Nomina  
 quatuor Conciliorum atque Archiepisco-  
 porum Euphemii, Macedonii, & Leonis  
 pronunciavit, omnes altissima voce cla-  
 marunt: *Gloria tibi, Domine!* tum Mis-  
 sæ reliqua tranquille peracta. Hæc in  
 magna Ecclesia Constantinopolitana de-  
 cima quinta, & decima sexta Julii anno  
 518. contigerunt, & in Acta relata sunt.

*Lit. Chryf.*